

# Indice de autoridades Latinas.

Cum s̄ p̄ se aliter habent species facti, & aliter animus facientis.

S. Bernard. serm. 55. in Cant. Et quid tutum in Babylone, si Ierusalem manet scrutinium? Verendum valde cum ad hoc ventum fuerit, ne sub tam subtili examine multæ nostræ, quæ iustitiæ putantur peccata apparcent.

S. Bernard. serm. 6. Dom. in Septuages. Antequam Christus veniret in hunc mundum in carne humana, & transierunt de hoc mundo ultra quinque millia annorum totus mundus damnabatur, exceptis paucis de populo Israël, qui ibant ad Limbum Sanctorum Patrum. Item tempore Legis Moysi, cogitate quot infantes mortui fuerunt absque Circuncisione sic modo tempore Regis Christi, quot moriuntur absque Baptismo, de his nullus saluatur, Ioan. 3. Amen, amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in Regnum Cœlorum, &c. Item quot Iudæi, quot Agareni, quot Pagani, & Infideles. Item quot mali Christiani: quia fides, & Baptismus cum bona vita saluat hominem Christianum, alijs non. Quot Christiani sunt, qui licet habeant fidem, tamen sunt, superbi, auari, luxuriosi, & sic de alijs peccatis Quod Christiani, qui non confitentur quodlibet anno in Quadragesima, nec communicant, nec seruant præcepta, nec Dominicam nec festa Sanctorum, omnis tales damnantur.

Cap. 3. §. 1. S. Bernard. serm. 55. in Cant.

lib. 33. Moral. cap. 11. Superior, & inferior pars mole est spes, & timor; spes quippe ad alta subvehit timor autem cor inferius premit, sed mole superior, & inferior, ita sibi necessariò iungituri, ut una sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaque peccatore incessanter debet spes, & sororudo coniungi: quia in cassum misericordiam sperat, si non etiam iustitiam timeat: in cassum iustitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat.

Cap. 3. §. 1. S. Gregor. 5. p. Pastoralis admonit. 31. Ideò admonendi sunt, qui admissi plangunt, nec tamen deferunt, ut considerare sciāt: quia flendo inanites se mundant, qui viuendo, se nequiret inquinat, cum idcirco se lachrymis lauant, ut mundi ad fôrdes redeant.

S. Chrysostom. 3. ad Populum. Sicut enim ægrotantes, nisi semper, ordinate vixerint, nulla ipsis disciplinæ per tres, aut quatuor dies seruatæ utilitas. Sic, & peccantes, nisi semper sobrii sint, nihil proderit ipsis duorum, vel trium dictum correctio.

Ricard. de S. Victor. ad ea Matt. 3. verba Pœnitentiam agite. In pœnitentia tria sunt, dolor, custodia futuri, satisfactio delicti. Dolorculpæ placat, satisfactio vitium sanat, custodia sanitatem seruat. In hac fructus pœnitentia constat. Sit autem dolor plenus custodia perfecta; satisfactio condigna.

S. Gregor. Magnus, in Psal. 37. Sicut summa prudentia est aliquem post acceptam pœnitentiam sollici-

# Indice de autoridades Latinas.

ta sibi circūspetionis studio in posterum prospicere. Ita miserabilis insipientiæ est, in istius vitæ ambi- guo, quasi accepta securitate dormire. Per insipientiam ergo negligentiæ vulnus iam sanatū computruit: quia dum per studium vigilantiæ mens ingrabata sibi imposterū prouidere noluerit miserabilius ea, que prius abdicauerat, mala committit.

*Sanctus Augustinus lib. de vera, & falsa pœnitent. Si Apostolus etiam peccata per Baptismum dimissa continuè plorat: nobis etiam super fundamentum Apostolorum positis, quid præter plorare restat? Quid nisi super dolore inuitat? Vbi enim dolor finitur, quid relinquitur de venia? Tamdiù gaudeat, & speret de venia, quamdiù sustentatur à pœnitentia. Et statim. Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si congerit semper doleat, sed ex fide doleat, & non semper doluisse doleat.*

*Idem August. in Psalm. 37. Dedit in diem plagam, & faciam omnia, quæ facienda sunt ad abluendum, & sanandum peccatum meum.*

*§. 3. S. August. Ibidem. Nec securus sis cum confessus fueris peccatum, sed semper cura gere pro vulneretuo, & vt sanetur, semper nitere, semper intende, semper studiosè, & sedulo age ut sanes peccatum.*

*S. Bernard. tract. de vita solitaria ad frat. de monte Dei. Ægrum se sicut, & vacet circa causarias par-*

tes ægritudinis suæ si non interru- pitur, quies remedia continuata cito proficiunt, & sanatus animus ab alienationibus, vel captiuitati- bus, & temptationibus suis; totus in Deo suus efficietur. Cura eget, & non modica, non inquinata, sed in- fecta natura. Incumbat ergo im- mobiliter valetudinario, sic enim solent appellare medici valetudinū curandarum officinam, & remedij suscepti prosequatur usum usque ad sanitatis experimentum.

*Idem ibidem. Hoc semper sit ne- gotium nostrum, ut perfectè consu- metur in nobis, quod dicit Aposto- lus animalibus, & insipientibus. Humanum (inquit) dico propter infirmitatem carnis vestrae. Sicut enim exhibuistis membra vestra ser-uire inmunditiae, & iniuriant ad iniuriam. Ita nūc exhibete me- bra vestra seruire iustitiae in sancti- ficationem. Audiat hoc attentiūs amicum corporis sui mancipium, animalis homo, qui iam incipit cor- pus suum subdere spiritui, & adap- tare semetipsum ad ea quæ Dei sunt percipienda, & ad exuendam fide seruitatis necessitatem faciens sibi contra necessitatem, & consuetu- dinem contra consuetudinem, & affectum sibi formet contra affec- tum, donec plenius mercatur acci- pere delectationem contra delecta- tionem:*

*S. Basilius in Reg. interrogata 289. Quod quia si semel pœnitentiam egerit, denuo idem peccatum comiserit, hoc argumentum est; il- lum primam causam peccati illius fun-*

# Indice de autoridades Latinas.

funditus non extirpasse , aqua ve-  
luti à quadam radice , alia eiusdem  
generis pullulare necesse sit . Nam  
quemadmodū si quis relista radice  
ramos arboris alicuius velit excis-  
tos , nihilominus radix manens alios  
similes protēdit : Sic quoniā pecca-  
ta sunt quædā , quæ nascendi prin-  
cipium in se ipsis non habent , sed  
aliunde originē ducunt , necesse est  
prorsus si quis esse liber ab illis ve-  
lit , vt causas primas peccatorū illo-  
rū stirpitus tollat . Veluti corrixa-  
tio , & inuidia non ex se ipsis naſcū-  
tur ; sed radice appetitus gloriæ pul-  
lulant : qui enim humanam gloriā  
plurimi facit , is ex æmulatione ei  
obtrectat , quem in gloria esse ani-  
maduertit , aut à quo in ea supera-  
ri se videt , inuidet ; quo circa qui se-  
mel se ipsum inuidiæ contentionis-  
vè condemnarit . Is si in eadem ipsa  
denuo vitia relapsus sit , vtique in-  
telligat , graui se de penitus insito  
cupiditatis gloriæ morbo , principe  
scilicet inuidiæ , emulationis vè can-  
fa laborare .

*Cap 6. §. 1. S. Thom. 1. 2. quest.  
70. art. 4. in corpore.* Spiritus San-  
ctus mouet humanam mētem ad id  
quod est secundum rationem , vèl  
potius ad id quod est supra ratio-  
nem appetitus autem carnis , qui est  
appetitus sensitivus trahit ad bona  
sensibilia , quæ sunt infra homi-  
nem . Vnde sicut motus sursum , &  
motus deorsum contrariantur in  
naturalibus . Ita in operibus huma-  
nis contrariantur opera carnis fru-  
ctibus spiritus .

*Cap 7. §. 1. S. Thom. 1. 2. q. 69.*

*art. 4. Quæ ad contemplatiuā vitā  
pertinent , vèl sunt ipsa Beatitudo  
finalis , vèl aliqua inchoatio eius : &  
ideo non ponuntur in Beatitudini-  
bus tanquam merita , ponuntur au-  
tem , tanquam merita effectus acti-  
uæ vitæ , quibus homo disponitur  
ad contemplatiuā vitā : effectus au-  
tem actiuæ vitæ quantum ad virtutes , &  
dona quibus homo perficitur  
in se ipso est mēditia cordis , vt sci-  
licet mens hominis passionibus nō  
inquietetur , vnde sexta Beatitudo  
ponitur Beati mēdo corde . Quan-  
tum verò ad virtutes , & dona , qui-  
bus homo perficitur in cōparatione  
ad proximum , effectus actiuæ vitæ  
est , pax secundum illud , Isaï . 30 .  
Opus iustitiae pax , & ideo septima  
Beatitudo ponitur . Beati pacifici .*

*Cap. 8. §. 1. S. Gregor. in cap. 8.  
Cant. Quod mors agit in sensibus  
corporis , hoc agit dilectio in cupi-  
ditatibus mentis . Sunt enim nonnulli ,  
qui sic diligunt Deum , vt omnia  
visibilia negligant , & dum in æter-  
na mente tendunt ad omnia tēpo-  
ralia penè insensibiles fiunt . In his  
nimis , vèl mors dilectio fortis exi-  
stit : quia sicut mors exteriores cor-  
poris sensus ab omni proprio , & na-  
turali appetitu interficit . Sic dilec-  
tio in talibus viris omnia terrena  
desideria contemnere mentem alijs  
intētam cōpellit . Huiusmodi mor-  
tuis , & viuis dicebat Apostolus : Mor-  
tui enim estis , & vita vestra abscon-  
dita est cum Christo in Deo .*

*S. Gregor. hom. 30. in Euang. Ope-  
ratur enim amor Dei magna , si est , si  
verò operari rejicit amor non est .*

*Sancti .*

# Indice de autoridades Latinas.

*Sanct. August.lib. i de Moribus Eccles. Cap. i r. Nemo nos, si ad hunc amoris gradum peruenierimus à Dei charitate separat minado morte, id ipsum enim, quod diligimus Deum mori non potest, nisi dum non diligimus Deum cum mors ipsa sit non diligere Deum, quod nihil est aliud quam ei quidquam in diligendo, atque sequendo præponere. Nemo inde separat pollicendo vitam; nemo enim ab ipso fonte separat pollicendo aqua. Non separat Angelus cum inhæremus Deo, nostra mente poterior. Nō separat virtus: nam si virtus hic illa nominata est, quæ aliquam potestatem in hoc mundo habet, toto mundo est omnino sublimior mens inhærens Deo. Si virtus illa dicta est, quæ ipsius animi nostri rectissima affectio est, si in alio est, fauet, ut coniungatur Deo, si in nobis est, ipsa coniungit. Non separant instantes molestiae, hoc enim leuiores cas sentimus, quo ei unde nos separare moluntur auctiùs inhæremus. Non separat promissio futrorum: nam & quidquid boni futurum est certius promittit Deus, & nihil est ipso Deo melius, qui iam profecto sibi bene inhærentibus præsens est. Non separat altitudo, neq; profundum. Etenim si haec verba scientiae forte altitudinem, vel profunditatem significant, non ero curiosus, ne se iugara Deo, nec cuiusque doctrina, nec ab eo separat, ut quasi de pellat errore, à quo nemo proorsus nisi separatus erraret; si vero altitudine, & profundo superna, & in-*

fernā huiusmodi significantur, quis mihi coelum pollicetur, vt à coeli fabricatore se iungar? Aut quis treat infernus, vt Deum deseram, quem si nunquam deseruisse, inferna nescirem? Postremo, quis me locus ab eius charitate diuellat, qui non ubique totus esset, si vlo contineretur loco.

*§. 2. S. Hieronym.de Scriptoribus Ecclesiast. Ignis, crux, bestiæ, confractio ossium, & cætera tormenta omnia in me veniant, tantum Christo fruar.*

*S. August.lib. i de Moribus Eccles. Cap. 22. Morte non modo contemnet, verum etiam desiderabit. Sed restat cum dolore magna cōficiatio. Nil est tamen tam durū atque ferreū, quod non amoris igne vincatur. Quo cū se anima rapit in Deum, super omnem carnificinam libera, & admiranda volitabit penitus pulcherrimis, & integerimis quibus ad Dei cōplexum amor castus innititur. Nisi verò amatores auri, amatores laudis, amatores faminarū, amatoribus suis Deus sinat esse fortiores, cum ille non amor, sed congruentius cupiditas, vel libido nominetur. In qua tamen apparet quātus sit impetus animi ad ea, quæ diliguntur indefessō cursu per immania quæque tendentis argumento; nobis est quam sint omnia perferenda, ne deseramus Deum, si tanta illi, vt deserant, perferunt.*

*S Chrysost. 6. de Passione Domini. Præstet quis beneficia, largiat dona, sit benefactor in prosperis diligat obsequentes; nūquid illi poter-*

# Indice de autoridades Latinas.

poterit comparari, qui in se suorum suscipit necessitates? Qui se periculis pro illis exponit? Corpus obiectat morti, ut illos neci subtrahat, illos referuet ad vitam. Adversus probatur affectio, pensatur periculis, poenis examinatur dilectio, morte charitas perfecta declaratur.

§. 3. S. Bernard. lib. de Diligendo Deum. O amor sanctus, & castus, & dulcis, & suavis affectio! O pura intentio voluntatis, eo certe priuior, quo in ea de proprio nihil iam admixtum relinquitur, eo suauior, & dulcior, quo totum diuinum est, quod sentitur, sic affici Deificari est. Quomodo stilla aquæ modica multa infusa vino deficere à se tota videtur, dum & saporē vini induit, & colorem: & quodammodo ferrū ignitum, & candens igni simillimum sit, pristina propriaque forma exutum: & quomodo solis luce perfusus aér in eandē transformatur luminis charitatem, adeò ut non tām illuminatus, quām ipsum lumen esse videatur. Sic omnem in sanctis humanam affectionē quodam inefabili modo necesse erit à semetipsa liquefcere, atque in Dei penitus transfundi voluntatem.

S. August. de Perfectione iustitia, respons. 6. Curramus credendo, sperando, desiderando, curramus corpus castigando, & eleemosynas in dandis bonis, malisque ignoscendis hilariter, & ex corde faciendo, & currentium vires, ut adiuuentur orando. Et sic audiamus præcepta perfectionis, ne currere negligamus ad plenitudinem charitatis.

Cap. 11. §. 1. Caffian. collat. 11; cap. 13. Vel tenuem amoris formidat offendam, atque in omnibus nō solum astibus, verum etiam verbis attonita semper pietate distenditur, ne erga se quantulum cūque feruor dilectionis illius intepescat.

Saluian. lib. de Prouidentia. Perfecta siquidem ac sincerissimæ sanctitatis volens cultores tuos facere, saluator iussit ab ijs cautissime etiam minima vitari, scilicet, ut quam pura est pupilla oculi, tām pura esset Christiani hominis vita, & sicut salua intuitus incolumitate pulueris labem in se oculus non reciperet, sic vita nostra labem in se penitus impudicitiae non haberet.

§. 2. Chrysost. hom. 5. de Pœnit. Vnus factus est vitulus, & clamat ingratus populus. Hi Dij tui Israël: hi Dij vnum respiciens vitulum vnum factum. Quare igitur hi Dij? Ut ostendat, quod non modo eum quem videt adorat, sed & Deorum pluralitate annuntiat sententiam interpretatur, non quod videatur indicat.

Faust. Rbegiensis instruct ad M. nach tom. 2. Bibliotbe. Vet. P.P. De his vero, qui dum primas negligētias prætermittunt in alias, atque alias semper incurront, ita ait sapiens. Videamus quid est peccator, adiicit ad peccandum: verbi gratia, cuiuslibet, ut putā obtrectationis passio si me impugnare cœperit, si non statim me poenitudo huius vitij cœperit, cras tanta mihi hujus vitij facultas veniet, & quædam ut sic

# Indice de autoridades Latinas.

sic dixerim, suauitas, vt reuocare me ab illo, & continere non possim. Ita enim eueniet, vt qui primo tempore emendare se nolit, incipiat in sequenti, nec velle, nec posse: verbi gratia, superbiæ acquiescere coepi, regulam violauit, seniorem læsi, iuueniorem destruxi: si non statim me poenituit, grauiter me fuisse præsumtum, iam de die in diem libetissimam rapiet ipsa violentia cōsuetudinis, & impetus passionis, vt iam nec delinquare me intelligā, nec peccare me sentiam, obscurat enim, atque obruit intellectum delicti assiduitas delinquendi.

*Sene. Epist. 116.* Non obtinebis vt desinat si incipere permisseris, imbecillis est primo omnis affectus, deinde ipse se concitat, & vires dum procedit parat, excluditur facilius, quam expellitur. Ergo intrantibus resistamus: quia facilius ut dixi non recipiuntur quam exeunt.

*S. Chrysost. hom. 87. in Matth.* Nam etiam si ad maiora prima non progrederentur peccata; non esset tamen negligendum, nūc vero per istam iniuriam gradatim semper ascendunt; quapropter omni studio, atque opera funditus principia peccatorum sunt euertenda; non enim vim delicti solum consideres, neque quia parvum sit cogites, sed illud præcipue tene; quia si radicem non euuleris magnum inde peccatum succrescit.

*S. Nilus in Ascetico tom. 5. Biblioth. Vet. P.P.* Cum enim cupidatum, & vitiorum insidias indica-re vellet magnus Iob ex audacissi-

mo leone, & animalium omnium abiectissimo formicæ, vocabulum cōpōsuit: nam impetus cupidatum ab abiectissimis cogitationibus incipiunt, & formicarum more sensim repunt, paulatim autem in eam crescūt magnitudinem, vt cuiilibet non minus quam leones terorem, atque periculum afferant. Quam obrem oportet, vt strenus pugili; tunc cum cupiditate luctetur, cum accedens veluti formica vilē escā suggerit: nam si leonis magnitudinem, & robur effectu adorariatur maxima cum difficultate superabitur.

*Nazianzen. Orat. 7.* Nam & unus est, & spiritum percipit, ac tunc spiritualis (non enim de eo secus dixerim) atque etiam prophetauit, &c. Quoniam autem spiritui se totum contendam non prebuit, nec purè, ac integrè, vt oraculum ferebat, in alium virum mutatus est; sed pristini improbitatis somnis, prauisq; seminis non nihil.

*S. Thom. I. 2. quæst. 88. art. 3.* Qui enim peccat venialiter ex genere prætermittit aliquem ordinem, & ex hoc quod consuescit voluntatem suam non subiicit ordinis voluntati finis eligendo id, quod est peccatum mortale ex genere.

*Caietan. ibid.* Quia quasi auersio disponit auersionem, quæ tollit subiectiōnem voluntatis ad Deum.

*S. Doctor in fine art.* Et hinc habemus quantum à venialium consuetudine cauendū sit cum tot modis, & illis periculis disponant ad mortale, propter quod frequētib; con-

# Indice de autoridades Latinas.

contritio<sup>n</sup>ib<sup>s</sup> non superficie tenuis singula, secundum suas species distinguenda sunt, ne habitualis nobis in illis occurrentes tentationes animos dispositos propinque ad mortale inueniant.

§. 4. S. Chrysostom. 8. in Epist. ad Corintb. Non solum ergo Christo adhuc eamur, sed ei etiam agglutinemur. Nam si disiuncti fuerimus, perimus. Nam qui se inquit à te elegat peribunt. Ei ergo agglutinemur, & agglutinemur per facta, & opera. Nam qui seruat inquit, mandata mea, ipse in me manet. Et enim per multa exempla nos vnit. Considera autem: ipse est caput, nos autem corpus. Inter caput, & corpus non potest ullum esse interstitium. Ipse est fundamentum, nos aedificium. Ipse est vitis, nos palmites. Hæc omnia indicant vnitatem, nec sinunt aliquid vacuum esse intermedium, ne minimum quidem. Quamobrem hoc parum non est parum, immo vero est ferè totum. Quando ergo parum deliquerimus aut etiam pigri, ac fôcordes fuerimus, ne illud parum negligamus.

S. Bernard. serm. de Conuers. S. Pauli. Nemo dicat in corde, suo leuius sunt ista; non curo corriger, nō est magnum, si in his maneam veniam libus, minimisque peccatis. Hæc est enim dilectissimi impenitentia, hæc blasphemia in Spiritum Sanctum, hæc blasphemia irremissibilis.

S. Ephrem sermo Ascetico. Passiones in anima ex minima causa generantur, & non exterminatae infinitam quandam parunt rerum

diuinarum propriæque salutis deficentiam.

S. Nazianz. Orat. 31. Inaccessibilem te ipsam custodi, & verbo, & opere, & vita, & cogitatione, & motu, atque impulsione. Unde quaque prauus ille spiritus te perscrutatur, atque explorat, ubi feriat, ubi vulneret, nunquid nudum, & apertum reperiat plagæ obuium.

S. Chrysostom. in Psalm. 6. Quantam paruam animæ perturbationem suscepis, ne eam neglexeris, quod parua sit, sed considera quanta mala pariat.

Cap. 12 §. 1. S. Petr. Dam. lib. 1. Ep. 15 Mens hominis ad suscipiendum supernæ gratiæ munus non est congrua, nili prius ab omni carnalis illecebræ fuerit humore siccatâ.

Sanct. Chrysostom. bomil. 1. in re ad Timoth. Extinguit spiritum vita impura.

S. Bruno serm. 5. de Confessor. Nisi enim ignis inferior extinguitur, superior lucere non poterit. Inferior ignis luxuria est; superior verò quis nisi gratia Spiritus Sancti.

Cap. 13. §. 1. S. Leo ser. 8. de Epib. Qui autem experiri cupit, an in spfo De<sup>o</sup> habitet, de quo dicitur: Mirabilis Deus in sanctis suis; sincero examine cordis sui interiora discutiat, & sagaciter querat, qua humilitate refusat superbiam, qua benevolentia oblugetur inuidiam, qua non capiatur adulantium linguis, quaque bonis delectetur alienis: an pro malo non cupiat malum, sed

# Indice de autoridades Latinas.

reddere, malitque inultas obliuisci iniurias, quam imaginem & similitudinem sui cōditoris amittere, qui omnes ad cognitionem sui generalibus incitans donis, pluit super iustos, & solem suum oriri facit super bonos, & malos. At ne in multis laboret solicitæ discretionis inspectio ipsam matrem virtutum omnium charitatem in secretis suæ mentis in quirat. Et si in ea dilectionē Dei, & proximi toto corde intendere poterit. Ita ut etiam inimicis suis eadem velit tribui, quæ sibi optat impen-di, quisquis huiusmodi est Deum, & rectorem, & habitatorem sui esse nō dubitet.

S. Bernard. serm. 2. de Resurrect. Sicut enim corporis huius vitam ex motu suo cognoscimus: ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis est anima per quam mouetur, & sentit; vita vero fidei charitas est, quia per illā operatur sicut in Apostolo legis. Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde & refrigerente charitate, fides moritur, sicut corpus anima rece-dente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum, & fer-uore conuersationis hilarem, viuere in eo fidem non dubites; indubitate tenens vitæ illius argumenta.

Idem serm. 2. de Octau. Paschæ in fin. Sane nouum superuenisse spiri-tum certissime conuersatio noua te-statur. Iam ut breuiter repetam à sanguine & aqua, & spiritu habere est testimonium, si contines à pecca-tis, si dignos agis pœnitentiæ fru-ctus, si facis opera vitæ.

S. Chris bom. 8. ea ad Pauli verba: Consepulti cum illo in mortem. Hoc signum est Christum nos habe-re, spiritumque in nobis esse, cum corpora quidem nostra ab ijs corpo-ribus nihil differunt, quæ tumulis recondita iacent.

Ambros. ser. 51. Baptismus igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur criminibus sepelimur, & veteris hominis con-scientia resoluta in alteram nativita-tem rediuiua infantia reparamus. Magna igitur sepulturæ huius est gratia in qua nobis, & utilis, & vi-talis mors infertur, & vita utilior, & vitalior condonatur. Magna in-quam huius gratia sepulturæ, quæ & purificat peccatorem, & viuifi-cat morientem.

S. Augustinus tract. 3. in Epist. 1. Ioan. Nemo interrogat hominem redeat unus quisque ad cor suum, si ibi videt charitatem fraternalm se-curus sit, quia transit de morte ad vitam.

Cap. 14. §. 1. S. Gregor. lib. 25. Mor. cap. 8. Spes nutritur humiliū, & elatio præmitur superborū, dū & illi bona possūt amittere, de qui-bus superbiunt, & isti ea percipere, quæ quia nō habebāt contēnuntur. Formidemus igitur in his, que acce-pimus, nec eos qui illa, necdū affe-cutis sunt, despiciamus. Quid enim sumus hodie, nouimus: quid autem post paululum possimus esse, nesci-mus. Hi vero quos fortasse despici-mus, & tardè possunt incipere, & tainē vitam nostrā feruentioribus stu-dijs anteire. Timēdum itaque est, ne etiam

# Indice de autoridades Latinas.

etiam nobis eadentibus surgat, qui à nobis stantibus irridetur, qui amvisstare iam non nouit, qui non stātem nouit irridere.

§. 1. Cap. 15. S. Bernard serm. 2. in Octau. Pastore. Quando enim sine testimonio electos suos deserat Deus? Aut certe, quænam eis esse poterat consolatio interspem, & metum solicitudine anxia fluctuantibus si nullum omnino electionis suæ habere testimonium merentur? Nouit Dominus, qui sunt eius, & solus ipse scit quos elegerit à principio? Quis verò scit hominum si est dignus amore vel odio? Quod si, vt certū est, certitudo nobis omnino negatur, nunquid non tanto dalectabiliora erunt, si qua forte electionis huius signa possimus inuenire? Quam enim requiem habere potest spiritus noster, dum prædestinationis suæ nullum adhuc testimonium tenet? Fidelis proinde sermo, & omne acceptance dignus, quo salutis testimonia commendantur. Hoc sanè verbo, & electis consolatio ministratur, & subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis virtutis, quisquis hæc negligit manifestè conuincitur in vano accipere animam suam, & pro nihilo habere terram desiderabilem comprobatur.

Idem S. Bernard. serm. 1. de Septuag. Certitudinem vtiique non habemus, sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis huius anxieta te penitus cruciemur. Propter hoc

data sunt signa quædam, & indicia manifesta salutis, vt indubitate sit eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserint.

§. 2. Origines homil. 8. in cap. 20. Exodi. Hic ergo Deus zelans se requirit, & desiderat animam tuam adhærere sibi, si te seruat à peccato, si corripit, si castigat, si indignatur, si irascitur, & velut zelotipia quadam erga te vtitur spem tibi esse salutis agnosce.

S. Gregor. Nissen. de Beat. Si misericordis appellatio Deum decet, ad quid aliud sermo Christihortatur, nisi vt Deus fias tanquam insignitus propria nota Deitatis.

Sanct. Gregor. Nazian.orat.de Paupert. amor. Nihil tam diuinum homo habet, quam de alijs benemeriri.

S. Gregor lib. 34. Moral. cap. vi. timo. Evidenter signum reproborum superbia est, electorum humilitas.

Sanct. Augustin. Quem superbū videris filium esse diaboli non dubites.

S. Augustin. Optimus minister tuus est, qui non magis intuetur hoc à te audire quod ipse voluerit, sed potius hoc velle quod à te auidierit.

S. Anselm. cap. 4 de Excel. Virgo. Cui concessum fuerit sapè dulci studio posse cogitare de illa magnū promerendæ salutis iudicium esse coniecto.

F I N I S.

T A E

# TABLA DE LOS LVGARES DE LA ESCRITVRA, QVE SE EXPLICAN, Y ALEGAN EN ESTE LIBRO.

*Ex Veteri Testamento.*

*Ex Genesi.*

**C**ap. 2. Propter hanc re-  
linquet homo patrem,  
& matrem, & abha-  
rebit uxori sua, & e-  
runt duo in carne una. lib. 2. cap.  
8. §. 2.

Cap. 12. Benedic am benedicentibus  
tibi, & maledic am maledicenti-  
bus tibi, lib. 3. cap. 11. §. 2.

Cap. 22. Per me metipsum iurauit,  
dicit Dominus: Quia fecisti hanc  
rem, & non pepercisti filio tuo  
unigenito propter me, benedic am  
tibi, & multiplicabo semen tuum  
sicut stellas cœli, lib. 5. cap. 15.  
§. 2.

Cap. 20. Experimento didici: quia  
benedixerit mibi Deus propter  
te, lib. 4. cap. 6. §. 1.

Modicum habuisti ante quam veni-  
rem ad te, & nunc diues effectus  
es, benedix itque tibi Deus as in-  
troitum meum. Ibidem.

*Ex Exodus.*

Cap. 3. Ego sum, qui sum, sic dices.

filiis Israël, qui est misit me ad  
vos lib. 1. cap. 7. §. 2.

Cap. 9. Videns autem Pharaon, quod  
cessasset pluvia, & grandis, & ro-  
nitrus, auxit peccatum, & aggra-  
vatum est cor eius, lib. 5. cap. 5.  
§. 1.

Cap. 32. Ecce Dij tui Israël, lib. 5.  
cap. 11. §. 2.

Cap. 34. Misericors, & clemens,  
patiens, & multa miserationis,  
lib. 1. cap. 3. §. 1.

*Ex Leuitico.*

Cap. 6. Ignis in altari semper arde-  
bit, quem nutriet Sacerdos sub ij-  
ciës ligna mane per singulos dies,  
& imposito holocausto de super a-  
dolesbit adipes pacificorum. Ignis  
est iste perpetuus, qui nunquā de-  
ficiet in altari, lib. 3. cap. 1. §. 3.

Cap. 16. Tunicam lineo vestietur, fe-  
minalibus lineis verenda celabit  
accingetur Zona linea cidarim,  
lineam imponit capiti, bac enim  
vestimenta sunt sancta, quibus  
cunctis cum lotus fuerit, indu-  
tur, lib. 5. cap. 12. §. 1.

*Ex Numeri.*

Cap. 4. Et non tangat vasa san-  
ctua-

# Tabla de los lugares

Auari, nemoriantur, lib. 5. cap.

12. §. 1.

Alij nulla curiositate videant, qua  
sunt in sanctuario, priusquam  
involvantur, alioquin morien-  
tur. Ibidem.

Ex Deuteronomio.

Cap. 3. Nequaquam ultra loqua-  
ris de hac re ad me, lib. 5. cap. 18  
§. 1.

Cap. 4. Cum quæsteris ibi Domi-  
num Deum tuum, inuenies eum,  
si tamen toto corde quæsteris, &  
totatribulatione, lib. 5. cap. 8.  
§. 2.

Ex lib. 2. Regum.

Cap. 12. Peccavi Domino, lib. 3.  
cap. 4 §. 3.

Ex lib. 1. Esdræ,

Cap. 8. Manus Dei nostri est super  
omnes qui querunt eum in boni-  
tate, & imperium eius, & forti-  
tudo eius, & furor super omnes,  
qui derelinquent eum, lib. 4. cap.  
6. §. 1.

Tobias.

Cap. 5. Quale gaudium mibi erit,  
qui intenebris sedeo, & lumen  
cœli non video. lib. 3. cap. 5. §. 3.

Cap. 12. Et quia acceptus eras Deo  
necessarius ut tentatio probraret  
te, lib. 5. cap. 15. §. 2.

Esther.

Cap. 14. Nestradas Domine sepe-  
trum tuumbis, qui non sunt, lib.  
2. cap. 8. prope fine menses p. 9.

Job.

Cap. 4. Vidi eos, qui operantur ini-  
quitatem, & seminant dolores,  
& metunt eos, flante Deo perij-  
se, & spiritu oris eius esse con-  
sumptos, lib. 5. cap. 2. §. 3.

Cap. 9. Fortis est robore, quis respi-  
rit ei, & patet habuit Qui tra-  
stulit montes, & nescierunt be-  
quos subuertit in furore suo, qui  
commouet terram de loco suo, &  
columna eius constitutur, lib.  
5. cap. 2. §. 3.

Deus cuius ira nemo resistere potest,  
& sub quo curnantur, qui portat  
orbem. Ibidem.

Cap. 28. Nescit homo precium eius,  
neque inuenitur in terra suauiter  
viventium, Abyssus dicit non est  
in me, & mare loquitur non est  
mecum. &c. lib. 3. cap. 3. §. 1.

Cap. 24. Conteret multos innumer-  
abiles, & stare faciet alios pro-  
eis, lib. 5. cap. 14. §. 1.

Ex Psalmis.

Psal. 4. Quis offendit nobis bona,  
lib. 5. cap. 13. §. 1.

Signatum est super nos lumen val-  
tus tui, dedi filiatiam in corde  
meo. Ibidem.

In pace in idipsum dormiam. Ibidem.

Psal. 6. Laboravi in gemitum meo  
lauabo per singulas noctes le-  
ctum meum, lachrymis meis stra-  
tum meum rigabo, lib. 5. cap. 5.  
§. 2.

Psal. 24. Vias tuas Domine demon-  
stra mihi, & semitas tuas edoce  
me, lib. 4. cap. 1. §. 2.

psal

# de la Escritura.

- Psal. 16. Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem assumpit me, lib. 2. cap. 8. §. 2.
- Psal. 37. Quoniam ego inflagella paratus sum, & dolor mens in conspectu meo semper, quoniam iniquitatem meam annunciaro, & cogitabo pro peccato meo, lib. 5. cap. 5. §. 2.
- Psal. 38. Substantia mea tanquam nibilum ante te, verumtamen uniuersa vanitas omnis homo vivens, lib. 1. cap. 8. §. 2.
- Verumtamen in imagine pertransit homo, lib. 5. cap. 10. §. 3.
- Psal. 40. Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, lib. 5. cap. 15. §. 2.
- Psal. 41. Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei, lib. 3. cap. 10. §. 1.
- Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus, lib. 5. cap. 5. §. 3.
- Psal. 52. Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos, lib. 4. cap. 5. §. 2.
- Psal. 54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mibi, sustinuisse vti que. Tu vero homo unanimes dux meus, & notus meus, qui simul tecum dulces capiebas cibos, lib. 5. cap. 5. §. 2.
- Psal. 61. Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, lib. 1. cap. 1. §. 2.
- Psal. 64. Te decet hymnus Deus in Sion, lib. 1. cap. 8. §. 1.
- Psal. 72. Velut somnium surgentium Domine imaginem ipsorum ad nobilum rediges, lib. 5. cap. 10. §. 3.
- Psal. 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt omnes viri deitiarum in manibus suis, lib. 5. cap. 10. §. 3.
- Psal. 83. Beatus vir, qui ascensiones in corde suo dispositi, lib. 3. c. 8. §. 2.
- Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, lib. 3. cap. 7. §. 1.
- Psal. 92. Domum tuam decet sancti tudo Domine, lib. 1. cap. 10. §. 2.
- Psal. 101. Et potum meum cum fletus miscebam, lib. 5. cap. 14. §. 1.
- Psal. 102. Quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras, lib. 3. cap. 4. §. 3.
- Psal. 108. In spendoribus Sanctorum, ex utero ante luciferum genui te, lib. 1. cap. 10. §. 1.
- Psal. 110. Confessio, & magnificencia opus eius, lib. 2. cap. 6. §. 2.
- Psal. 119. Heimbi quia incolatus meus prolongatus est multum in etate fuit anima mea, lib. 3. cap. 10. §. 1.
- Psal. 138. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum, lib. 2. cap. 7. §. 2.
- Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis, lib. 4. cap. 6. §. 2.
- Psal. 142. Notam fac mihi Domine quam in qua ambule, & docage

# Tabla de los lugares

facere voluntatem tuam, lib. 4.  
cap. 1. §. 2.

Ex Proverbijs.

Cap. 1. Qui a vocauit, & renuisti,  
extendi manum meam, & non  
fuit qui aspiceret, &c. Ego quo-  
que interitu vestro ridebo, &c.  
lib. 4. cap. 1. §. 3.

Cap. 9. Sapientia adificabit sibi do-  
mum, excidit columnas septem,  
immolauit victimas suas, mis-  
cuit vinum, & proposuit men-  
sam suam, &c. lib. 5. capit. 10.  
§. 1.

Ex Ecclesiaste.

Cap. 5. Qui amat diuitias, fructum  
non capiet ex eis, lib. 2. capit. 12.  
§. 4.

Ex Canticis.

Cap. 1. Ecce quam pulchra es amica  
mea, lib. 2. cap. 9. §. 2.

Cap. 2. Surge, & propera amica  
mea, columba mea, formosa mea,  
& veni, lib. 3. cap. 8. §. 2.

Sonet vox tui in auribus meis, vox  
enim tua dulcis, lib. 3. cap. 4. §. 1.

Cap. 3. Adiuro vos filiae Ierusalem  
per capres cernosque camporum  
nesuscitatis, neque vigilare fa-  
ciatis dilectam, donec ipsa velit,  
ibidem.

Cap. 4. Tota pulchra es amica mea,  
& macula non est in te, ibid.

Veni de Libano sponsa mea, veni de  
Libano, & coronaberis, lib. 3.  
cap. 8. §. 2.

Quam pulchra es amica mea, quam  
pulchra es, lib. 2. cap. 9. §. 2.

Vulnus affectum meum fortitera sponsa  
es, vulnerasti cor meum in uno  
tempore.

oculorum tuorum, & in uno cri-  
